

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4311

Auteur(s) : Jean Lhostellier, fils de Guillaume Lhostellier [clerc]

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1253, mars

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Jean Lhostellier, clerc, fils de Guillaume Lhostellier, décédé, de « Belleria » (La Bellière ?), donne en perpétuelle aumône à l'abbaye et aux chanoines réguliers de Sainte-Trinité de La Lucerne une rente annuelle de 4 quartiers de froment à percevoir avec des redevances annuelles de 10 acres de terre sise à « Belleria » (La Bellière ?).

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° XCIII, p. 79.

Dissertation critique

Mars 1252 ou 1253 (n. s.) : Pâques tombe le 31 mars en 1252 et le 20 avril en 1253.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Johannes Lhostellier, clericus, filius Guillelmi Lhostelii, defuncti, de Belleria, dedi et concessi pro, salute anime mee antecessorum et successorum meorum, in puram, perpetuam, liberam et omnino quietam elemosinam Deo et abbacie Sancte Trinitatis de Lucerna et canonicis regularibus ibi Deo servientibus quatuor quarteria frumenti, ad mensuram de Haya Paganelli, percipienda annuatim, ad festum Sancti Michaelis, videlicet per manum Guillelmi Lhostelii, filii Ricardi Lhostelii, fratris mei primogeniti, et heredum ipsius duo quarteria frumenti, et per manum Petri Lhostelii fratris mei et ejus heredum duo quarteria et cum eisdem et eorum heredibus portionem cuilibet pertinentem unius panis Turonensis et unius galline ad natale Domini pro regardis, que omnia supradicta predicti Guillelmus, nepos meus, et Petrus Lhostelii, frater meus, et eorum heredes mihi et meis heredibus annis singulis reddere tenebantur pro decem acris terre sitis in parrochia de Belleria mihi et meis heredibus jure hereditario pertinentibus, junctis, ex uno latere, portioni hereditarie dicti Petri Lhostelii, fratris mei, et ex alio, similiter portioni dicti Guillelmi Lhostelii, nepotis mei, et, ex uno capite, butant cheminio Rooult et ex altero aque que dicitur Tharneise. Quas predictas decem acras terre supradictis Guillelmo et Petro Les Hosteliers feodaveram sibi et suis heredibus in perpetuum possidendas. Et sciendum est quod predicti Guillelmus et Petrus et eorundem heredes tenentur predictas decem acras in omnibus acquittare et deservire versus omnes dominos capitales, ita quod predicti canonici predicta quatuor quarteria frumenti cum supradicto regardo libere et quiete percipiant in eisdem, pro quibus habendis integre et pacifice ad terminos supradictos predicti canonici poterunt et debent in predictis decem acris terre suam plenariam justitiam exercere. Quod ut firmum et stabile

perpetuis temporibus conservetur, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense martio.